Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dam monacho nomine Migecio innocenti et
simplici uiro. dicens ad eum. uade et dic Luci
ano in uanum laboras in acerbo illo. non ibi
sumus modo. Ibi olim positi fuimus exequiarum
tempore planctus. nunc quere nos in illo loco qui
dicitur bonorum uirorum possessio. Audiens
ergo Lucianus sacerdos uerba monachi Migecij bene
dixit dominum. quia inuentus est et alius testis in reue
lacione sanctorum. Dum inuentum esset sacratissimum
beati Stephani corpus statim terremotus factus est mag
nus. atque omnis qui adeant odor perfudit suauissi
mus. Sancte dei preciose. Iustus ut palma fl.
In euo. Ex odoris mira fraglancia. sanitas egro
tis emanabat maxima. septuaginta namque
et tres tunc auariis languoribus curati sunt homines.
In inuencione corporis stephani dilecti sui martiris deum
benedicentes. ad Horas Capitula dicuntur.
Stephanus autem plenus gratia et fortitudi
ne faciebat prodigia. et signa magna in